



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Caro, Pellis, Ossa.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

§. 2dus.

*Homo se ipsum contemplans, & ex iis, quibus
constat, ad virtutem unionemque cum
Deo sese excitans.*

Nunc quidquid cæli ambitu globoque ter-
raqueo continetur viventium & inani-
matorum, pervagatus homo Viator ad Micro-
cosmum nec alium ac purè te ipsum redi. Disce
sapè te, & quidquid in corpore animaque ha-
bes, mente percurrere, & salubria exin tibi
documenta mentisque in Deum elevationes in-
culcare.

Corpus.

Objecro vos per misericordiam Dei, ut exhi-
beatis corpora vestra hostiam viventem, san-
ctam & Deo placentem. Rom. 12. Vita JESU
manifestetur in corpore vestro mortali. 2. Cor. 4.

Caro, Pellis, Ossa.

Scio, quòd Redemptor meus vivit, & in no-
vissimo die de terra surrecturus sum. Et rur-
sum circumdabor pelle mea, & in carne mea vi-
debo Deum meum. Reposita est hec spes mea in sinu
meo. Job. 19. Confige timore tuo carnes meas, à
judiciis enim tuis timui. Pl. 118. Dinumerave-
runt omnia ossa mea. Pl. 21. Christus ità flagel-
latus

466 *Pars secunda de elevatione*
latus fuit, ut ossa paterent. *Quoniam tacui* (ita
David anno integro impœnitens ratione adul-
terii & homicidii) *inveteraverunt ossa mea, dum*
clamarem totâ die. Pl. 31. Quasi vetustate emar-
cuerunt, exaruerunt ob continuum plandum
& inquietudinem conscientiæ. Nam *spiritus*
tristis exsiccat ossa. Prov. 17. sicut conscientia
bona, *fama bona impinguat ossa.* Pröv. 16.
Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?
Pl. 34. *Exultabunt ossa humiliata.* Pl. 50. Sive
vires præ timore iræ tuæ, & dolore pœnitentiæ
vehementer afflicti. *Os non comminuetis ex eo.*
Joan. 19. Christo, in Ecclesia Christi *membra*
sumus corporis ejus, & de carnibus ejus, & de ossi-
buz ejus. Sacramentum hoc magnum est, ego au-
tem dico in Christo, & in Ecclesia. Ephes. 5. Sci-
licet ut de cõsta Adami formata est Eva, ita ex
latere vel costa Christi aperta prodivit Ecclesia.
Ossa arida audite verbum Domini. Ecce ego in-
tromittam in vos Spiritum, & vivetis, & dabo
super vos nervos, & succrescere faciam super vos
carnes, & superextendam in vobis cutem. Ezech.
37. Id omnibus tuis, & aliorum hominum ossi-
bus eveniet in die resurrectionis. De hoc sæ-
pè cogita, sicut & dum carnem tuam conside-
ras, cogita, quàm horribile eâ demptâ sit mon-
strum Scheleton sive Knochenhans.

Facies, Guttur, Fauces.

Exquisivit te facies mea, faciem tuam Domi-
ne requiram. Pl. 26. *Imple facies eorum*
igno.